

Magnifico Hieronymo Chodkiewicz, Castellano Trocens,
et Capiteo Terre Samogiticae Generali, sin-
cere Nobis dilecto.

50

Bona Dei Gratia Regina Poloniae, Suprema
Dux Lithuaniae, Rusiae, Prussiae Masoviae etc. Domina.

Magnifice sincere Nobis dilecte. Non possumus
non vehementer mirari, quod fit, quod negotia subditorum
Nostrorum, et praesertim cum Wiesiotowski, hactenus non
sunt expedita, et determinata. Et quod audimus ali-
quos ex Conciliariis, maxime vero hos, qui gratiam et
Patrocinium Nostrum, in assequendis suis Fortunis
uberius senserunt. saepius dicere. Nos non esse ejus
Authoritatis, ut ligantibus ferre Decreta valeamus.
Unde hoc habeant, et quomodo sapiant, non intelligimus.
Ex quo unicuique Capiteorum, et Temutariorum, et ipius
eorum Vicefactoribus, liberum est semper litigandi
judicare, ac inter eos Sententias facere. Quomodo
ergo et Nobis non liceat, cum Nos non ut Regina
vel Ducissa Lithuaniae, sed ut illius loci Capitei
negotia Subditorum discernere solemus. Praefecto
hoc interesset Sti tue, maxime cum satis Copiosam
gratiam Nostram tam erga se, quam erga illius Paren-
tes, et Amicos cognoverit, et senserit, ut ab hujusmodi
obtrectatoribus Authoritatem Nostram tueretur, et defen-
deretur, eorumque facilius et levibus Verbis non assentiret.
Sed videmus esse Nos ejus fortunae, ut isthuc non modo
ut aliquis beneficiorum Nostrorum memor existat,
qui negotia Nostra promovere, et tueri debeat.

Domestica.

Sed

Sed potius illa quilibet data Opera inficere, et supprime
re studet, et conatur, vindicandum autem, haec Omnia
Dño Deo committimus. Qui unicuiq; secundum merita
Sua tributurus est. Data Liotroviae x. 4bris
Anno Domini M.D.X.LVII.

Ex Commissione Sacrae
Majestatis Regiae Propriae.

L. S.